



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis || Slotani || Geffensis, Sacrae || Theologiae
Profes-||soris, De retinenda fide orthodo-||xa & catholica
aduersus hæ-||reses & sectas, & præci-||puè
Lutherana[m], Li-||bri nouem.||**

Slotan, Johann

Coloniae, 1560

VD16 S 6745

Liber Quintvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29875

ex parte illius adhibuerit, Adhæc q̄ gra-
uissimâ diaboli (qui ei argumēta aduer-
sus Aug. missæ sacrificiū suppeditauit)
vocē horribiliter intonantē audierit.
Deniq; q; omnis dissentionis & secta-
rum omnium fuerit author.

LIBER QVINTVS.

CAPVT I.

Absolute tractatu de puerfo &
minimè ecclesiastico sacramen-
torum vsu deq; minus sana quę
apud hæreticos est doctrina, paucis
nunc ostēdendum erit, quā nō sit apud
ipsoſ certa Episcoporum successio, q̄ cō-
stat in catholica & Apostolica Ecclesia
ab ipsis apostolorū tēporibus ad hęc vsq;
horā inuiolatā & illabefactatā pseue-
rasse. Et quidē ipse Tertul. in li. de præ-
scrip. heret. oēs hæreticos eorumq; or-
dinationes graphicè depingens: Ordina-
tiones (inquit) eorum temerariæ, le-
ues, inconstantes: Nunc neophytos col-
locant, nunc seculo obstrictos, nūc apo-
statas nostros, vt gloria eos obligēt. q̄
veritate non possunt. Nusquam facilius

N 4 profi-

IOAN. SLOT. GEF.

Ordinario
nes hæreti
corum in
genere,
quales sint

proficitur, quàm in castris rebellium, ubi
ipsum esse, illic promereri est. Itaque alii
hodie episcoporum, cras alius, hodie dia
conus, qui cras lector, hodie presbyter qui
cras laicus. Nam & laicis sacerdotalia
munera iniungunt. De verbi administra
tione quid dicam? cum hoc sit ne
gocium illis, non ethnicos conuertendi,
sed nostros euertendi, hanc magis
gloriam captant, si stantibus ruinam,
non si iacentibus eleuationem operen
tur. Et statim: Ad hæc solummodo ope
ra humiles & blandi & summissi agunt.
Cæterum nec suis præsidibus reueren
tiam nouerunt. Et hæc quidem in ge
nere de omnibus hæreticis loquutus, sa
tis indicauit apud eos certam, constantem
atque legitimam Episcoporum succes
sionem non esse, apud quos ordinatio
nes tam leues, temerariæ & inconstan
tes sunt, ut alius sit hodie Episcopus,
cras alius: qui hodie diaconus, cras le
ctor, qui hodie presbyter, cras laicus,
nam laicis sacerdotalia munera iniun
gunt. Porro hæc omnia, hæreticis nostri
temporis conuenire, manifestum est.
Nam

DE F

Nam etia
rariæ fu
tes, quia
contemp
rum auto
ros, sed fa
(vt supra
dotium a
bi finxer
mentor
demanda
Esse proi
mittenti
at, desine
rij com
eos laici
gunt (na
populus
quod for
tunt) sic
volunt e
candi ut
copus, cr
nem fact
cus. Itē c
hæretico

DE RETI. FIDE ORT. 95

Nam etiam ordinationes eorum temerariæ sunt, & reuera leues & inconstantes, quia noua & inaudita vsurpatione, contempta Catholicorum Episcoporum autoritate, sibi sacerdotes non veros, sed falsos & fictitios ordinant, Nam (vt supra diximus) nullum aliud sacerdotium agnoscunt, quàm quòd ipsi sibi finxerunt, vel docendi verbi & sacramentorum nudum ministerium, alicui demandatum à magistratu aut populo. Esse proinde sacerdotes, quamdiu committenti populo aut magistratui placeat, desinere esse cum reuocatur ministerij commissio. Et quemadmodum apud eos laici sacerdotalia munera iniungunt (nam magistratus prophanus aut populus, eiusmodi sacerdotale munus quod somniat imponunt aut committunt) sic etiam apud eosdem potestatem volunt esse sacerdotalia munera reuocandi vt qui hodie sit sacerdos aut Episcopus, cras (vbi magistratus commissio nem factam reuocauerit) sit iterum laicus. Itè quèadmodum Tertullianus dixit hæreticos collocare nephytos & seculo obstri

Ordinatio
nes Lutho
ranorum
quales sint

IOAN SLOT GEF.

obstrictos, sic isti nonnunquã laicos ex
 nouissimis populi collocant, utpote de
 coctores, obæratos & infames, quos sine
 Chrismate & oleo sancto, absq; omni
 ordinatione & benedictione episco
 pali, sacerdotes constituunt. Apostatas
 quoq; nostros & votifragos monachos,
 gloria obligant, quia veritate non pos
 sunt. Tales etenim apostatæ, qui prop
 ter crimina & scandala apud nos in
 tolerabiles propemodũ fuerunt, cum
 nostros relinquunt, & ad castra rebel
 lium aduersariorum confugiunt, maxi
 mis honoribus illaqueantur, & amplif
 simis stipendijs conducuntur, matrimo
 nio, sed infœlici, mox miseri captiuantur,
 ut gloria & voluptate obliget, quos
 veritate non possunt. Quibus deinde
 studium est, non infideles cõuertendi,
 sed eos q; verè Orth. sunt euertendi, &
 ad pestifera dogmata pertrahendi. Qua
 lem autem reuerentiã p̄sidibus suis de
 ferat, testat̄ tot maledicta, calūnię, irri
 siones, mēdacia, picturæ, tot deniq; in
 iuriæ in summum Ecclesiæ præsidem,
 ceterosq; Episcopos catholicos, quas
 ante-

Lutherani
 nullam re
 uerentiã
 p̄sidibus
 Ecclesiæ
 deferunt.

DE I
 antehac
 uulgaru
 cum ita
 verba D
 simplici
 scribit in
 trò apud
 uina disp
 positos f
 stitunt, c
 te, episc
 designat
 dentes in
 & lues f
 & corru
 nena læ
 mentes.
 serpit, q
 dibus fi
 fundit.
 minus, a
 tem pleb
 re ferme
 niam vi
 tur eos.
 mini: D

DE RETI FIDE ORTH. 96

ante hac euomerunt & libris æditis e-
uulgarunt, neq; adhuc desistunt. Quæ
cum ita sint, rectissimè de eis verificãt
verba D. Cypriani, qui in tractatu 3, de
simplicitate prælatorum de quibusdam
scribit in hæc verba: Hi sunt qui se vl-
trò apud temerarios conuenas, sine di-
uina dispositione præficiunt, qui se præ-
positos sine vlla ordinationis lege con-
stitunt, qui nemine Episcopatum dan-
te, episcopi sibi nomen assumūt. Quos ^{psal. 10.}
designat in psalmis spiritus sanctus, se-
dentes in pestilentia cathedra, pestes
& lues fidei, serpentes ore fallentes,
& corrumpendæ veritatis artifices, ve-
nena lætalia linguis pestiferis euo-
mentes. . Quorum sermo vt cancer
serpit, quorum tactus pectoribus & cor-
dibus singulorum, mortale virus in-
fundit. Contra eiusmodi clamat Do-
minus, ab his refrenat & reuocat errã-
tem plebem suam, dicens: Nolite audi-
re sermones pseudoprophetarũ, quo-
niam visiones cordis eorum frustran-
tur eos. Loquuntur, sed nõ ab ore Do-
mini: Dicunt eis qui abijciunt verbum
Dei

IOANN. SLOT. GEF.

Dei: Pax erit vobis, & omnibus ambulanti-
bus in voluntatibus suis. Omnis
qui ambulat in errore cordis sui, non
veniet super eum mala. Non loquutus
sum ad eos, & ipsi prophetarunt. Si
stetissent in substantia mea, & audiuis-
sent verba mea & sic docuissent popu-
lum meum, conuertissem eos à malis
cogitationibus eorum. Hos eosdem de-
nuo dominus designat & denotat, di-
cens: Me dereliquerunt fontem aque vi-
uæ, & effoderunt sibi lacus detritos,
qui non possunt aquam portare. hacte-
tenus ibi. Sed & lib. 1. epistola 3. ad Cor-
nelium scribens: Planè, inquit, episco-
pi de voluntate Dei fiunt, qui extra ec-
clesiam fiunt, sicut ipse dominus in du-
odecim prophetis ponit & dicit: Si-
bimet ipsi regem constituerunt & non
per me. Et iterum: Sacrificia eorum
tanquam panis luctus, omnes qui man-
ducant ea contaminabuntur, Et per Esa-
iã quoq; spiritus sanctus clamat & dicit:
Veh vobis filij desertores, hæc dicit do-
minus: Habuistis cõsiliũ & non ex me,
& fecistis conuentionem & non per spi-
ritum

Osee 8,

Esaiã 30.

DE I
ritum me
cata. hæc

ITaque
rij legi
strent cer
ipsa Petri
que in ho
quos suæ
apostolice
sij contin
(vt verbis
interferer
videatur a
Apostolis
nes ecclesi
nem Episc
cessiones
mus ille E
lis vel apo
apostolis p
rem & ant
ecclesiæ a
runt, sicut
carpum ab
Sicut Rom

ritum meū, adijcere peccata super peccata. hæc ille.

CAPVT II.

ITaque si possunt, ostendant aduersarij legitimos episcopos suos, demōstrent certam eorum successionem ab ipsa Petri sede originem trahentem usque in hodiernam diem, designent aliquos suæ doctrinæ antecessores, viros apostolicos, qui in apostolorum ecclesijs continua successione docuerunt & (vt verbis Tertulliani vtamur) si audēt interferere se ætati apostolicæ, vt ideo videātur ab Apostolis traditæ, quia sub Apostolis fuerunt, ædant ergo ordines ecclesiarum suarum, euoluant ordinem Episcoporum suorum, ita per successiones ab initio decurrentē vt primus ille Episcopus, aliquem ex Apostolis vel apostolicis viris (qui tamen cum apostolis perseuerauerit) habuerit autorem & antecessorem. Hoc enim modo ecclesiæ apostolicæ census suos deferunt, sicut Smyrneorum ecclesia Polycarpum ab Ioanne collocatum refert, Sicut Romanorum Clementem à Petro ordi-

Lutherani legitimam successionem Episcoporum ostendere non possunt.

IOAN. SLOT. GEF.

ordinatum, id & proinde utique & cæteræ exhibent, quos apostoli in episcopatum constitutos, apostolici seminis traduces habeant. Constringant tale aliquid hæretici. Quid enim illis post blasphemiam illicitum est? sed etsi confixerint, nihil promouebunt. Multo plura in hanc ferme sententiam habet ibidem, quæ breuitatis gratia omittimus. Itaque ut semel concludamus aduersarij nostri nihil horum ostendere possunt, nisi duntaxat ceruicosos quosdam & pertinaces hoïes, qui ab Ecclesia exierunt, & spiritui sancto semp restiterunt.

CAPVT III.

Supereft adhuc ut demonstremus, quam non fit apud aduersarios vnionis & pacis vinculum, quod deseruerunt. Ad quod quidem demonstrandum tractatu longo opus nõ est, neq; argumentis multis. Si etenim hæc ita se habent, imò verò quia sic se habent, q̄ supra de vnionis vinculo à nobis dicta sunt, constat profectò illos eo carere. Diximus enim vnionem Ecclesiæ duplicem esse, vnã per fidem, per quã omnes

lib. 2. c. 3.
Lutherani
vnionis
vinculum
non habet

DE
mnes fide
re, & ha
per char
iunctura
suo Chr
bra se in
turbare
itaque h
nem qua
unt: & c
nem qua
bent, cu
tut vt schi
sonat. Ne
quin hoc
sponte te
ruperunt
fecerunt
Quod q̄
(quem D
tagisse se
rumpere
latorum
ecclesiæ
se fidẽ cr
resistit, in

DE RETI. FIDĒ ORTH. 98

mnes fideles sunt grex sub vno pasto-
 re, & hanc hæreticum rumpere. Aliam
 per charitatem, per quam tamquã per
 iuncturas, membra iunguntur vt capiti
 suo Christo cohæreant, qua etiam mem-
 bra se inuicem diligunt & Deũ, & hæc
 turbare & euertere schismaticum. Cum
 itaque hæretici sint infideles, vnio-
 nem quæ per fidem est, habere neque-
 unt: & cum sint schismatici, aliam vnio-
 nem quæ est per charitatem minimè ha-
 bent, cum nihil adeò repugnet charita-
 ti vt schisma, q̃ scissuram siue diuisionẽ
 sonat. Nemini ergo dubium esse debet,
 quin hoc vnionis vinculo careãt, quod
 sponte temeritate propria atq; p̃terua-
 ruperunt, atq; horrendũ istud schisma
 fecerunt, quo sese à capite p̃sciderunt.
 Quod q̃ horrendum sit crimen D. Cy. **schismatis**
 (quem D. Aug. epist. 48. nihil magis fa- **crimen**
 tagisse scribit, quã ne vnitatis vinculũ **quam hor-**
 rumperetur) in li. de simplicitate præ- **rendũ sit,**
 latorum hisce verbis exaggerat: Hanc
 ecclesiæ vnitatem qui nõ tenet, tenere
 se fidẽ credit? Qui ecclesię renititur &
 resistit, in ecclesia se esse cõfidit? Et post
 aliquan-

IOANN. SLO. GEF.

aliquanta: Quis (inquit) ab ecclesia se-
 gregatus adulteræ iungitur, à promif-
 sis ecclesiæ separatur. Nec pertinet ad
 Christi præmia, qui relinquit Ecclesiã
 Christi, Alienus est, prophanus est, ho-
 stis est, habere iam non potest Deum
 patrem, qui Ecclesiam non habet ma-
 trem. Si potuit euadere, qui extra arã
 Noe fuit, & qui extra Ecclesiam foris
 fuerit euadit. Monet dominus & dicit:
 Qui non est mecum, aduersus me est, &
 qui non mecum colligit, spargit. Qui
 pacem Christi & concordiam rumpit,
 aduersus Christum facit. Qui alibi præ-
 ter Ecclesiam colligit, Christi Ecclesiã
 spargit. Et post pauca: Hanc vnitatem
 qui non tenet patris & filij fidem, vitã
 non tenet & salutem. Et post multa: Sta-
 re tu & viuere putas posse de ecclesia re-
 cedentem? sedes sibi alias & diuersa do-
 micilia condentem? cum dictum sit ad
 Raab, in qua præformabatur Ecclesiã,
 patrem tuum & matrẽ tuam, & fratres
 tuos, & totam domum patris tui colli-
 ges ad te ipsum in domum tuam, & erit
 omnis qui exierit ostium domus tue so-
 ros,

Iosuz 2

D
 ras, reu-
 quit: A
 qui ad
 qui se à
 cernit?
 tat, con
 gnat, ho
 Christi
 religion
 uus, filiu
 temptis
 derelict
 re, prece
 re, domi
 sa sacrifi
 niam qu
 titur, ob
 animadu
 Chore, I
 & filijs A
 eens: Qu
 ctantur,
 alienas d
 ria hun
 quos inc
 Euange

DE RETI. FIDE. ORT. 99

ras, reus erit. Et iterum post multa inquit: An esse sibi cum Christo videtur, qui aduersus sacerdotes Christi facit? qui se à cleri eius vel plebis societate se cernit? Arma ille contra Ecclesiam portat, contra Christi dispositionem repugnat, hostis altaris, aduersus sacrificium Christi rebellis, pro fide perfidus, pro religione sacrilegus, inobsequens seruus, filius impius, frater inimicus, contemptis Episcopis, & Dei sacerdotibus derelictis, constituere audet aliud altare, precem alteram illicitis vocibus facere, dominicæ hostiæ veritatem, per falsa sacrificia prophanare, nec scire quoniam qui contra Dei ordinationem nititur, ob temeritatis audaciam, diuina animaduersione punitur. Quod cū de Chore, Dathan & Abiron, & Ozia rege & filijs Aaron probasset, subiungit, dicens: Quos imitantur scilicet atque sectantur, qui Dei traditione contempta, alienas doctrinas appetunt, & magisteria humanæ institutionis inducunt, quos increpat Dominus & obiurgat in Euangelio suo dicens: Reijcitis mandatum

Num. 19
2. Para 26.
4. Reg. 5.
Leui. 10

O tum

IOAN. SLOT. GEF.

tum Dei, vt traditionem vestrā statua-
tis. Peius hoc crimen est, q̄ quod admi-
sisse lapsi videntur, qui tñ in pœniten-
tia criminis constituti, Deum plenis sa-
tisfactionibus deprecantur. Hic eccle-
sia quæritur & rogatur, illic ecclesiæ re-
pugnatur. Hic potest necessitas fuisse,
illic voluntas tenetur in scelere. Hic
qui lapsus est, sibi tm̄ nocuit, illic qui
hæresim vel schisma facere conatus est,
multos secum trahendo decipit. Hic a-
nimæ vnus est damnū, illic periculum
plurimorum. Certè peccasse se, hic &
intelligit & lamentatur & plangit, ille
tumens in peccato suo, & in ipsis suis
delictis placens, à matre filios segregat,
oues à pastore sollicitat, Dei sacramen-
ta disturbat. Et cū lapsus semel peccauit,
ille quotidie peccat. Postremò lapa-
sus martyriū postmodū cōsecutus po-
test regni p̄missa p̄cipere, ille si extra ec-
clesiā fuerit occisus, ad ecclesiæ nō po-
test p̄mia peruenire. Vnde iterū ait in e-
odem tractatu: Quā sibi, inq̄t, pacē pro-
mittūt inimici fratrū, q̄ sacrificia cele-
brare se credūt emuli sacerdotū? An se-
cum

Martyriū
nullū ex-
tra eccle-
siam.

DE
cum es
pinant
guntur
ne nois
ne ablu
pa disc
martyr
Ad reg
regnat
cet & a
Et li. 1. c.
8. Et in
le, inq̄t
sanguin
qd' ma
que Au
cū gra
nitione
scelus a
minus
tauit, vt
cit, qua
deret.
epist. 6.
ticos ge
ta habe

DE RETI. FIDE ORT. 100

cum esse Christū cū collecti fuerint opinantur, q̄ extra Christi ecclesiā colliguntur? Tales etiā si occisi in cōfessione noīs fuerint, macula ista nec sanguine abluitur. Inexpiabilis & grauis culpa discordiæ, nec passiōe purgatur. Esse martyr nō potest, q̄ in ecclesia non est. Ad regnū puenire nō poterit, q̄ eā quæ regnatura est, derelinquit, &c. Idē docet & astruit li. 4. epist. 2. ad Antonianū Et li. 1. epist. 1. ad Corneliū. Et li. 2. epist. 8. Et in sermone 6. de orat. dñica. Quale, inqt, delictū est, quod nec baptismo sanguinis potest abluī? Quale crimē est qd' martyrio nō potest expiari? D. quo que Aug. epist. 146. ad emeritū scribēs, cū grauitatē schismatis declarasset, p̄ pu Num. 10. nitionē Chore &c. subiicit: Illud ergo scelus ad exemplum deuitandum dominus Deus præsenti supplicio denotauit, vt cum talibus patientissimè parcat, quali vltimo iudicio reseruet, ostenderet. Iterum Diuus Cyprianus li. 4. epist. 6. ad Magnum, ostendit schismaticos gentilibus equari, vbi etiam multa habet quæ præcedentia confirmant:

O 2 Vide

IOANN. SLOT. GEF.

Vide quoque Irenæum libro 4. aduersus hæreses, capite 62. quemadmodum iudicabuntur qui schismata operantur, & omnes qui se segregant ab Ecclesia. Et libro 3. capite 40. multa scribit aduersus eos, qui ex quacunque causa schisma faciunt. Quapropter vitium hoc schismatis maximè cauendum est, & potius mors præeligenda, aut persecutio etiam grauissima sustinenda, quàm schisma faciendum. Nam (quæ admodum apud Eusebium lib. 6. Ecclesiast. Historiæ, capite 24. docet Dionysius Alexandrinus in epist. ad Nouatum) oportet pati omnia, ne scindatur Ecclesia Dei. Et erat non inferior gloria sustinere martyrium, pro eo ne scindatur Ecclesia, quàm est illa ne idolis immoletur. Imò secundum meam sententiam, maius hoc puto esse martyrium. Ibi namque vnusquisque pro sua tantum anima, in hoc verò pro omni Ecclesia martyrium sustinet. hæc ille. Prudenter ergo faciunt qui quiduis potius perpeti malunt, quàm Ecclesiæ unitatem scindere. Porro quum sæpe di

Schisma
maxime
cauendū.

uina

DE
uina
mium
fediti
tione
Diuu
ra rel
melia
simè p
las ne
sis me
vero
ritati
go vir
tis ren
nantu
rante
uion
fulen
pertu
vlla c
que a
moni
in Ec
coro
Rarū
desūt

DE RETI. FIDE ORT. 108

uina prouidentia sinat, nonnullas ni-
mum turbulenta carnalium hominū
seditiones, vt expellantur de congrega-
tione Christiana etiam boni viri (vt
Diuus Augustinus ait in libro de ve-
ra religione capite 6.) qui cum contu-
meliam vel iniuriam suam patientis-
simè pro Ecclesiæ pace ferunt, neque vl-
las nouitates, vel schismatis vel hære-
sis moluntur, docent homines quam
vero affectu, & quanta synceritate cha-
ritatis Deo seruiendum sit. Talium er-
go virorum propositum est, aut seda-
tis remeare, turbinibus, aut si id non si-
nantur, vel etiam tempestate perseue-
rante, vel ne suo reditu, talis aut sæ-
uior oriatur, tenent voluntatem con-
sulendi etiam eis ipsis, quorū motibus
perturbationibusque cesserunt, sine
vlla conuenticulorum segregatione, vs-
que ad mortem defendentes & testi-
monio defendentes, eam fidem, quam
in Ecclesia catholica prædicari sciūt. Hos
coronat in occulto, p̄ in occulto vidēs.
Rarū hoc videt̄ gen^o, sed tñ exēpla non
desūt, imò plura sūt q̄ credi pōt. hæc ille

CAeterùm quum iam cõstet apud
aduersarios non esse vinculũ uni
onis, nec rectum sacramentorum vsu,
imò nec ipsa sacramenta, q̄ partim con
uellunt & detruncant, & partim aufe
runt, neq; sanam doctrinam per succes
sionis seriem episcoporũ aut patrũ ad
nos vsq; deriuatã, nemini profectò mi
rum videri debet, si dicamus apud eos
catholicam & apostolicam ecclesiam ef

Obiectio.

se non posse. Quod si quispiam oppone
re voluerit, & dicere, eandem eos legẽ
tenere, quàm catholica ecclesia tenet,
eodem symbolo quo & nos baptizare,
eundem nosse Deum patrem, eundem
filium Christum, & eundẽ spiritũ san
ctum. Si quispiam, inquam, hæc aut si
milis obijcere voluerit, illi cum D. Cy
priano respondemus, quẽadmodum il
le lib. 1. epist. 6. ad Magnum de Nouatia

Responsio

no respõdit, dicens: Sciat quisquis hoc
opponendum putat, primum non esse
vnam nobis & schismaticis symboli le
gem, neque eandem interrogationem.
Nam cum dicunt credis remissionem

pecca.

peccatorum & vitā æternā per sanctam Ecclesiam? mentiuntur in interrogatio-
 ne cum nō habeant Ecclesiam. Tunc de
 inde voce sua ipsi confitentur remissi-
 onem peccatorum nō dari nisi per san-
 ctam Ecclesiam, quā non habentes, o-
 stendunt remitti illi peccata non posse.
 Quòd verò eundem quē & nos Deū pa-
 trē, eundem filium Christum, eundē spi-
 ritum sanctum nosse dicuntur, nec hoc
 adiuuare tales potest. Nam & Chore &
 Dathan & Abiron, cum sacerdote Aa-
 ron & Moyse eundē Deum nouerant,
 pari lege & religione viuentes, vnum &
 verum Deum, q̄ colendus atq; inuocan-
 dus fuerat, inuocabant. Tamen quia lo-
 ci sui ministerium transgressi, cōtra A-
 aron sacerdotem (qui sacerdotium legi-
 timum dignatione Dei atq; ordinatio-
 ne perceperat) sacrificandi licentiā ven-
 dicarunt diuinitus percussi, pœnas sta-
 tim pro illicitis conatibus pēderūt, nec
 potuerūt rāta esse & p̄ficere sacrificia,
 irreligiose & illicitè cōtra ius diuinę dī
 spositiōis oblata. Thuribula quoq; ipsa
 quib. incēsū illicitè fuerat oblatū, nec

IOANN. SLO. GEF.

Exod. 29

in usu de cætero essent sacerdotibus, sed potius indignationis & ultionis diuinæ memoriam corrigendis posteris exhiberent, iussu Domini conflata atque igne purgata, in laminas ductiles producantur & affiguntur altari, secundum quod loquitur scriptura diuina: Memoriale, inquit, filijs Israel, ut non accedat quisquam alienigena, qui non ex semine Aaron, imponere incensum ante dominum, ut non sit sicut Chore. Et tamen illi schisma nõ fecerant, nec foras egressi contra Dei sacerdotes impudenter atque hostiliter rebellauerant, quod nunc Ecclesiam scindentes, & contra pacem atque unitatem Christi rebelles, cathedram sibi constituere, & primatum assumere, & baptizandi atque offerendi licentiam vendicare conantur. Quomodo perficere quod agunt, aut impetrare aliquid illicitis conatibus de Deo possunt, qui contra Deum, quod eis non licet moliuntur?

Hactenus ille.

Cap.

DE

Q
de schi
cundu
Dei c. 4
aliquo
corre
sarij no
tam m
& toti
in pert
dem in
noratu
iustep
riæ pri
nouas
tur, nõ
di sunt
ptando
sequun
uas, pe
tas? Si
habet
bens)h
tur, q

QVAE cū ita sint, quid aliud de Aduersari
 aduersarijs sentiendum quam osi iure in-
 ter hæreti-
 cos nume-
 rari.
 de schismaticis & hæreticis? Si enim se-
 cundum Augustinum (lib. 18. de ciuit. Hæreticus
 quisnam
 censendus
 sit.
 Dei c. 51.) hæreticus est, qui morbidum
 aliquid in Ecclesia sapit, ipsumque iam
 correctus non desistit defensare, aduer-
 sarij nostri hæretici iure censentur, qui
 tam multa morbida dogmata docent,
 & toties correcti, totiesque admoniti,
 in pertinacia perseuerant. Si iuxta eun-
 dem in lib. de utilitate credendi ad Ho-
 noratum cap. 1. hæreticus est, qui alicu-
 ius tēporalis commodi & maximè glo-
 riæ principatusque sui gratia, falsas ac
 nouas opiniones, vel gignit, vel sequi-
 tur, nonne aduersarij hæretici reputan-
 di sunt, qui ob vanos vulgi rumores ca-
 ptandos, partim genuerunt & partim
 sequuntur, tot opiniones falsas ac no-
 uas, per Ecclesiam cotholicam damna-
 tas? Si D. Hieronymi sententiam (quàm
 habet in tertium caput ad Titum scri-
 bens) hæresis Græcæ ab electione dici-
 tur, quòd scilicet vnusquisque id sibi
 5 O eligat,

IOANN. SLOT. GEF.

eligat, quod ei melius esse videatur, ne-
mini dubium quin aduersarij hæretici
sint habēdi, qui vnanimi consensu Ec-
clesiæ Catholicæ relicto, falsas & pere-
grinas opiniones sibi elegerunt, quas
mordicus tenerēt, & pertinaciter defen-
derent ac tuerentur. Rursum si (vt D.
Aug. lib. 2. contra literas Petiliani cap.
95. inquit) quemadmodū vnitas & pax
Catholicos, ita diuisio & dissensio hæ-
reticos facit, aut (vt idem epist. 48. ha-
bet) praua dissensio hæreticum facit,
quis non videat aduersarios esse hæreti-
cos, qui ab vniuersalis Ecclesiæ dogma-
tibus plenè dissentiunt? Si iuxta Orige-
nem hæreticus habendus est nobis om-
nis ille, qui Christo se credere confite-
tur, & aliud de veritate Christianæ fidei
credit, quàm habeat definitio tradito-
nis ecclesiasticæ, quæ nihil aliud est, q̄
consensus societatis ecclesiasticæ, de ali-
quo velut certo firmiter credendo, de
quo dubitare non liceat, an nō aduersa-
rij nostri, inter hæreticos iure cōputa-
buntur, qui scienter & cū electione dis-
sentiunt à cōmuni ecclesiasticæ societa-
tia

Traditio-
nis Eccle-
sticæ defi-
nitio.

DE
tis sent
initio,
tium si
smisit v
Diuus
nuarij
insolen
stæ vel
senten
Gram
quod i
runt, n
reputa
obdur
antur
quum
eos no
am hæ
cauene
natis h
hæreti
rores f
matris
untib
uertan
us, q̄ ef

DE RETI. FIDE ORTH. 104

tis sententia, quæ ab Apostolis accepta ab initio, ecclesia velut per manus succedentium sibi episcoporum & patrum transmissit usque ad nostra tempora? Quod Diuus Augustinus ad inquisitiones Ianuarij respondens, dicit esse insaniam insolentissimam. Si denique Donatistæ vel Donatiani (secundum eiusdem sententiam lib. 2. contra Cresconium Grammaticum cap. 8.) hæretici erant quod in schismate inueterato remanserunt, nonne aduersarij nostri hæretici reputabuntur, qui adeo in schismate obdurerunt, ut citius sibi vitam patiantur auferri, quam errorem? Itaque quum satis euidens sit & manifestum, eos non solum schismaticos, verum etiam hæreticos esse, merito ab omnibus cauendi sunt atque vitandi, ac pro damnatis hæreticis habendi, nec non tanquam hæretici tractandi, donec resipiscetes errores suos agnoscant, & relicta perfidia, ad matris Ecclesiæ gremium (quod omnibus redeuntibus & resipiscētibus apertum est) reuertantur. Quod faxit benignissimus deus, qui est benedictus in secula seculorum, A.

Liber

Epist. 128.